

Petrus de Vinea

*Ep. V 72 (Cum de prudentia
et fidelitate I. de...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 72 (Cum de prudentia
et fidelitate I. de...)*

febbraio 1246-novembre 1248 (?)

Hominibus cuiusdam capitanei, ut obediant fideliter capitaneo supradicto.

1. Cum de prudentia et fidelitate I. de ..., fidelis nostri, confisi, ipsum castellanum castri nostri Montis Flasconis, et eius iurisdictionis capitaneum, ad presens duxerimus statuendum, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus memorato I., fideli nostro, in omnibus, quae ad ipsius spectant officium et honoris nostri respiciant incrementum, tamquam nostrae personae intendere ac parere firmiter debeatis, ut exinde uestra sincera deuotio per operum efficaciam nostrae celsitudini pateat more solito commendanda. 2. Et ecce, quod eidem fideli nostro damus oretenus firmiter in mandatis, quod uos omnes et singulos in omni bono et pacifico statu, iustitia et consuetudinibus approbatis, manutenere debeat et fideliter conseruare.